

singula membra species reseruate faciunt valida somnia.

Somnium est fantasma quoddam in somno. Nulla que apparent dormiendo intellecta sunt somnia.

Quidam medici experiri dicunt quod valde oportet intendere somnia.

Quedam somnia sunt signa, quedam cause, quedam accidentia futurorum.

Somnia non sunt missa a deo quia alia animalia somniant.

Magis preuidetur fatui futura quam alii: quia eorum memoria non est occupata circa presentia.

Multa consilia et preuisa que fieri expediebat dissoluta sunt sepe propter digniore inchoat des.

Noctes silentiores sunt quam dies. Aer noctis magis est quietus quam aer diei.

Si deus emitteret somnia cernerent sapientibus in die.

Melancolici maxime vera somniant. Meteorum notiores sunt motus.

Non maxime de se inuicem solliciti sunt. Non omne futurum de necessitate cucnit.

Commentatoris.

Primo est medius inter somnum et vigiliam et non declinat ad vnum plus quam ad aliud.

Somnus fit per recessum calorum naturalium et contractionem eius vel eorum ad cor.

Nullus homo est qui vidit somnium quod non annunciat sibi aliquod futurum.

Famosum secundum totum non est saluum. Vulgus dicit quod somnia sunt ab angelis: diuinationes a demonibus: prophetie vero a deo.

Hec sunt diuersificantiur duobus modis. vno modo naturaliter secundum virtutes eorum et secundum vicia eis propria in suis regionibus. secundum modo secundum leges suas secundum quas receperunt fidem a natiuitate ab angelis et demonibus.

Ex lib. aristotelis de causa longitudo et breuitatis vite.

Quod entes que in calidis regionibus sunt longioris sunt vite: quam que in frigidis sunt.

Corruptis animalibus corrumpitur scientia: et sanitas que in eis sunt.

Anima non est in corpore sicut scientia in anima.

ideo anima solum corrumpitur corrupto corpore. Quicquid corrumpitur per se a contrario corrumpitur.

Quod per se est corruptibile non potest in aliquo loco fuerit incorruptibile.

Impossibile est habenti materiam non existere contrarium.

Minor flamma corrumpitur a maiori per accidens. quia alimentum quod illa consumit in multo tempore: hoc maior flamma in paruo consumit tempore.

Omnia generabilia et corruptibilia semper sunt in motu.

Longissime vite animalium sunt homo et elephas. Locus continens rem vel cooperatur ad generationem et conseruationem rei. vel ad contrariam operationem rei.

Eterna nulli sunt contraria. Vita animalis stat per calidum et humidum.

Senectus est frigida et siccata. Labor exsiccata et senium inducit. vnde multi laborantes senescunt magis.

Animalia multum coeunt cito senescunt. quia sperma est superfluum nutrimenti. et amplius quam sustineri possit emissum exsiccata et propter hoc mulus est longioris vite quam equus et asinus ex quibus fit: quia ipse non generat.

Masculi si non coeunt fiunt naturaliter sunt longioribus vite quam femine: quia masculus calidior est femina. sed si masculi coeunt iungunt breuioris vite sunt quam femine.

Commentatoris.

Complexio iuueni calida est et humida senum vero frigida et siccata.

Qui multum coeunt parum viuunt vnde castrati plus viuunt quam non castrati.

Propter paucitatem coitus plus viuunt mulus quam equus et femine quam masculi.

Qui habitant in regionibus calidis et humidis sunt longioris vite per accidens. scilicet propter paucitatem purificationes.

Ex lib. aristotelis de iuuentute et senectute.

Primum in homine est simile cum sursum in toto vniuerso.

Cor primum fit in animali vnde ipsum est primum viuens et vltimum moriens.

Principium corporis vel sensus est in corde. Locus medicus est locus principalis.